Domingo XIX del Tiempo Ordinario (año A)

Primeras vísperas

Invocación inicial

Deus, in adjutorium meum intende.	*Dios mío, ven en mi auxilio.*
Dómine, ad adiuvándum me festína.	*Señor, date prisa en socorrerme.*
Gloria Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.	*Gloria al Padre, y al Hijo, y al Espíritu Santo.*
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,	*Como era en el principio, ahora y siempre,*
et in scula saeculorum. Amen. Aleluya.	*por los siglos de los siglos. Amén. Aleluya.*

Himno *Deus creátor ómnium* (San Ambrosio)

1. Deus creator omnium, polique rector vestiens diem decoro lumine, noctem soporis gratia.	*1. Oh Dios, creador de todo y rector del cielo, que vistes el día con el esplendor luminoso y a la noche con la gracia del descanso,*
2. Artus solutos ut quies reddat laboris usui mentesque fessas allevet luctusque solvat anxios.	*2. para que el reposo los miembros agotados renueve para la acción del trabajo, levante las almas cansadas y libere a los inquietos de su preocupación.*

3. Grates peracto iam die et noctis exortu preces, voti reos ut adiuves, hymnum canentes solvimus.

3. Agradecidos, una vez pasado el día y comenzada la noche, oraciones para que ayudes a los pecadores te elevamos, cantando himnos.

4. Te cordis ima concinant, te vox canora concrepet, te diligat castus amor, te mens adoret sobria.

4. Que te celebre lo profundo del corazón, que proclame la voz del canto, que te ame un puro amor, que te adore un alma sobria.

5. Ut cum profunda clauserit diem caligo noctium, fides tenebras nesciat et nox fide reluceat.

5. Para que, cuando cierre la profunda oscuridad nocturna el día, la fe no conozca tinieblas y brille la noche con la fe.

6. Christum rogamus et Patrem, Christi Patrisque Spiritum; unum potens per omnia, fove precantes, Trinitas.

6. A Cristo lo pedimos, y al Padre, y al Espíritu del Cristo y del Padre; Tú, que gobiernas todo en tu unidad, cuida de quienes a ti rogamos, Trinidad Santa.

Antífona 1 *Dómine clamávi ad te* (salmo 140, 1)

Dómine, clamávi ad te, exáudi me.

Señor, a ti clamo, escúchame.

Salmo 140

1. Domine, clamavi ad te, ad me festina; intende voci meae, cum clamo ad te.
2. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, elevatio manuum mearum ut sacrificium vespertinum.

1. *Señor, te estoy llamando, ven de prisa, escucha mi voz cuando te llamo.*
2. *Suba mi oración como incienso en tu presencia, el alzar de mis manos como ofrenda de la tarde.*

3. Pone, Domine, custodiam ori meo et vigiliam ad ostium labiorum meorum.
4. Non declines cor meum in verbum malitiae ad machinandas machinationes in impietate
cum hominibus operantibus iniquitatem; et non comedam ex deliciis eorum.
5. Percutiat me iustus in misericordia et increpet me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, quoniam adhuc et oratio mea in malitiis eorum.

6. Deiecti in manus duras iudicum eorum, audient verba mea, quoniam suavia erant.
7. Sicut frusta dolantis et dirumpentis in terra, dissipata sunt ossa eorum ad fauces inferni.

8. Quia ad te, Domine, Domine, oculi mei; ad te confugi, non effundas animam meam.
9. Custodi me a laqueo, quem statuerunt mihi, et a scandalis operantium iniquitatem.

Gloria Patri et Fílio, et Spirítui Sancto.
Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in saécula saeculorum. Amen.

3. *Coloca, Señor, una guardia en mi boca, un centinela a la puerta de mis labios.*
4. *no dejes inclinarse mi corazón a la maldad, a cometer crímenes y delitos;*
ni que con los hombres malvados participe en banquetes.

5. *Que el justo me golpee, que el bueno me reprenda, pero que el ungüento del impío no perfume mi cabeza; yo seguiré rezando en sus desgracias.*

6. *Cuando caigan en las duras manos de sus jueces, escucharán mis palabras amables;*
7. *como una piedra de molino, rota por tierra, queden esparcidos sus huesos a la boca de la tumba.*

8. *Señor Dios, mis ojos están vueltos a ti, en ti me refugio, no me dejes indefenso;*
9. *guárdame del lazo que me han tendido, de la trampa de los malhechores.*

Gloria al Padre y al Hijo, y al Espíritu Santo.
Como era en el principio, ahora y siempre, por los siglos de loăs siglos. Amén.

Antífona 2 *Portio mea Dómine* (salmo 141, 6)

Pórtio mea, Dómine, sit in terra vivéntium

Que mi lote, Señor, esté en la tierra de los vivos

Salmo 141

2. Voce mea ad Dominum clamo, voce mea ad Dominum deprecor;
3. effundo in conspectu eius lamentationem meam, et tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

2. *A voz en grito clamo al Señor, a voz en grito suplico al Señor;*
3. *desahogo ante él mis afanes, expongo ante él mi angustia.*

4. Cum deficit in me spiritus meus, tu nosti semitas meas.
In via, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.
5. Considerabam ad dexteram et videbam, et non erat qui cognosceret me.
Periit fuga a me, et non est qui requirat animam meam.

4. *mientras me va faltando el aliento, tú conoces mis senderos.*
en el camino por donde avanzo me han escondido una trampa.
5. *Mira a la derecha, fíjate: nadie me hace caso;*

no tengo adónde huir, nadie mira por mi vida.

6. Clamavi ad te, Domine; dixi: Tu es refugium meum, portio mea in terra viventium«.
7. Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis.
Libera me a persequentibus me, quia confortati sunt super me.

6. *A ti grito, Señor; te digo: «Tú eres mi refugio y mi lote en el país de la vida».*
7. *Atiende a mis clamores, que estoy agotado;*
líbrame de mis perseguidores, que son más fuertes que yo.

8. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo;
me circumdabunt iusti, cum retribueris mihi.

8. *Sácame de la prisión, y daré gracias a tu nombre:*
me rodearán los justos cuando me devuelvas tu favor.

Gloria Patri et Fílio, et Spirítui Sancto.
Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in saécula saeculorum.ăAmen.

Gloria al Padre y al Hijo, y al Espíritu Santo.
Como era en el principio, ahora y siempre, por los siglos de loăs siglos. Amén.

Antífona 3 *Humiliávit semetipsum* (Filipenses 2, 8. 9)

Humiliávit semetípsum Dóminus Iesus,
propter quod et Deus exaltávit illum in scula.

Se humilló a sí mismo el Señor Jesús,
por eso Dios lo exaltó para siempre.

Cántico Filipenses 2, 6-11

Christus Iesus, cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se aequalem Deo,
sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus.

Cristo Jesús, siendo de condición divina, no retuvo ávidamente el ser igual a Dios;
Al contrario, se despojó de sí mismo tomando la condición de esclavo, hecho semejante a los hombres.

Et hábitu inventus ut homo, humiliávit semetípsum factus obdiens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Y así, reconocido como hombre por su presencia, se humilló a sí mismo, hecho obediente hasta la muerte, y una muerte de cruz.

Propter quod et Deus illum exaltávit et donávit illi nomen, quod est super omne nomen,
ut in nómine Iesu omne genu flectátur caeléstium et terréstrium et infernórum,

Por eso Dios lo exaltó sobre todo y le concedió el Nombre-sobre-todo-nombre;
de modo que al nombre de Jesús toda rodilla se doble en el cielo, en la tierra, en el abismo,

et omni lingua confiteátur: «Dóminus Iesus Christus!», in glóriam Dei Patris.

Y toda lengua proclame: Jesucristo es Señor, para gloria de Dios Padre.

Gloria Patri et Fílio, et Spirítui Sancto.
Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in saécula saeculorum. Amen.

Gloria al Padre y al Hijo, y al Espíritu Santo.
Como era en el principio, ahora y siempre, por los siglos de los siglos. Amén.

Lectio brevis (Romanos 11, 33-36)

O altitudo divitiarum et sapientiae et scientiae Dei! Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius!

¡Qué abismo de riqueza, de sabiduría y de conocimiento el de Dios! ¡Qué insondables sus decisiones y qué irrastreables sus caminos!

Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei?

En efecto, ¿quién conoció la mente del Señor? O ¿quién fue su consejero? ¿quién le ha dado primero para tener derecho a la recompensa?

Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipsum omnia. Ipsi gloria in saecula. Amen.

Porque de él, por él y para él existe todo. A él la gloria por los siglos. Amén.

Responsorio *Quam magnificata sunt*

Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine.

¡Qué grandes son tus obras, Señor!

Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine.

¡Qué grandes son tus obras, Señor!

Omnia in sapiéntia fecisti.
Ópera tua, Dómine.

Todas las hiciste con sabiduría.
Tus obras, Señor.

Gloria Patri et Fílio et Spirítui Sancto.	*Gloria al Padre, al Hijo y al Espíritu Santo.*
Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine.	*¡Qué grandes son tus obras, Señor!*

Antífona *Magister, scimus* (Mateo 22, 16)

d29 año A

Magister, scimus quia verax es et viam Dei in veritate doces, allelúia.	*Maestro, sabemos que dices la verdad, y enseñas con verdad el camino de Dios*

Magníficat

Magníficat ánima mea Dóminum,	*Proclama mi alma la grandeza del Señor,*
et exsultávit spíritus meus in Deo salutári meo,	*se alegra mi espíritu en Dios, mi salvador,*
quia respéxit humilitátem ancíllae suae. Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes,	*porque ha mirado la humildad de su esclava. Desde ahora me felicitarán todas las generaciones,*
quia fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen eius,	*porque el Poderoso ha hecho obras grandes en mí: su nombre es santo,*
et misericórdia eius a progénie in progénies timéntibus eum.	*y su misericordia llega a sus fieles de generación en generación.*
Fecit poténtiam in bráchio suo, dispérsit supérbos mente cordis sui;	*Él hace proezas con su brazo: dispersa a los soberbios de corazón,*
depósuit poténtes de sede et exaltávit húmiles;	*derriba del trono a los poderosos y enaltece a los humildes,*
esuriéntes implévit bonis et dívites dimísit inánes.	*a los hambrientos los colma de bienes y a los ricos los despide vacíos.*
Suscépit Israel púerum suum, recordátus misericórdiae suae,	*Auxilia a Israel, su siervo, acordándose de su misericordia*

sicut locútus est ad patres nostros, Abraham et sémini eius in saécula.	*-como lo había prometido a nuestros padres- en favor de Abrahán y su descendencia por siempre.*
Gloria Patri et Fílio, et Spirítui Sancto.	*Gloria al Padre y al Hijo, y al Espíritu Santo.*
Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in saécula saeculorum. Amen.	*Como era en el principio, ahora y siempre, por los siglos de los siglos. Amén.*

Preces

Pater noster

Oratio conclusiva

Benedicamus Dómino VII *In domínicis per annum*

Benedicámus Dómino.	*Bendigamos al Señor.*
Deo grátias.	*Demos gracias a Dios.*

Si desea recibir por correo electrónico avisos sobre nuestras actividades, indíquenos su dirección escribiendo a gaudeamus@corde.es